



ADMONITIO

DE EDITIONE HAC TERTIA:

*C*um repetendus iterum esset libellus hic noster, diuenditis editionis secundae exemplis, nos ad eum diligenter recognoscendum, et, ubi opus videretur, vel castigandum, vel etiam augendum dedimus. Nec defuit occasio utriusque generis. Nec id mirum cuiquam videri aut mihi pudori esse potest. Nam nemo ita est acutus ingenio, ita exercitatus ad subtilitatem scribendi, ut nihil sibi relinquat emendandum et limandum, denique etiam addendum, etiam si omnia faciat diligentissime, ut aliquid omni ex parte perfecti et absoluti efficiat. Itaque etiam in hoc libello, per novae recensione curam reperi, quae vel limanda, vel augenda viderentur. Non possum omnia hic commemorare, in quibus utroque genere emendationis usus sum; sunt enim permulta:

multa: